

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum g
cum fontibus primis

Eunt homines admirari alta moncium et
ingentes fluctus maris et latissimos lapsus
fluminum et oceani ambitum et gyros
syderum et relinquunt seipsos nec
mirantur.

Nam et omni miraculo quod fit per
hominem maius miraculum est homo.

Augustinus libro confessionum.

Et
eunt homines mirari alta montium et
ingentes fluctus maris et latissimos lapsus
fluminum et Oceani ambitum et gyros
siderum et relinquunt se ipsos nec
mirantur,

quod haec omnia cum dicerem, non ea
uidebam oculis, nec tamen dicerem, nisi
montes et fluctus et flumina et sidera,
quae uidi, et Oceanum, quem credidi,
intus in memoria mea uiderem spatiis tam
ingentibus, quasi foris uiderem.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum
libri XIII.*, 10, 8 (CCSL 27, L. Verheijen
ed., pp.162-3, ll.64-70).

Nam et omni miraculo, quod fit per
hominem, maius miraculum est homo.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*,
10, 12 (CCSL 47, B. Dombart ed., p.287,
ll.23-24).